INDEX LECTIONUM

IN

ACADEMIA TURICENSI

INDE

A DIE XXVII. MENSIS APRILIS

USQUE

AD DIEM XXV. MENSIS SEPTEMBRIS M. DCCC. XXXVI.

HABENDARUM.

INSUNT

IO. CASP. ORELLII LECTIONES PETRONIANAE.

TURICI,

EX OFFICINA ULRICHIANA

M. DCCC. XXXVI.

LECTIONES PETRONIANAE.

CAPUT I.

Si quis alius veterum scriptorum, et miram et miseram sortem profecto expertus est ille, quem T. Petronium Arbitrum, equitem Romanum, vocant. Nam ut taceamus iniurias, quas Satyricon libri saltem XVI.[1]) iam ante decimum post Christum seculum perpessi sunt, cum a monachis occulte lectitati, furtim descripti in frusta lacerarentur atque ad minorem semper formam redigerentur,[2]) donec maxime inde ab Editione Sambuci anni 1565 e codicibus passim repertis augerentur,[3]) ex eodem tempore usque ad Antonianam a. 1781, adeo libidinose ac temere coniecturis interpretum vexati sunt, ut si vel Rewiczkyanam (1785) annotationibus destitutam animi causa legeris, singulis paginis in alio scriptore verseris, quam quem praebent libri scripti. Inde ab Antonio autem vel propter ipsam lectionis recte constituendae difficultatem, ortam ex innumerabilibus illis coniecturis, vel propter nescio quod fastidium per hos LV. annos neglectus iacuit scriptor prorsus singularis et propter mores ab eo multa cum arte expressos et propter sermonem, consulto semper variatum, quantumcunque concedebat eius aetas modo elegantissimum, modo plebeium, quo quidem in genere unicus est inter Latinos omnes.

Etsi voluntas abhorret a Petronio edendo, cum ad opus recte perficiendum αὐτοψία codicum qui adhuc supersunt omnium requiratur, hoc tamen praestare

1) Cod. Traguriensis: *Petronii Arbitri Satyri Fragmenta ex libro quinto decimo et sexto decimo;* de quibus numeris equidem minime dubito. Quod *Satyrum* vocat scriptorem ipsum, id fecit ex consuetudine mediae aetatis. Cfr. Dante *Inferno Canto* 4. *L'altro è Orazio satiro che viene.*

2) Mirabilis est consensus Excerptorum Traguriensium et Bernensium in Gallia scriptorum. Qui huius Petronii plusquam dimidiati ἀρχέτυπον concinnavit, illud inter alia spectavit, ut servaret locos poëticos.

3) Summa laude dignum est: „Integrum Titi Petronii Arbitri Fragmentum, ex aliquo codice Traguriensi Romae exscriptum cum Apologia Marini Statilii I. V. D. Amstelodami, typis Ioannis Blaeu 1670. 8.", cum editor, Io. Lucius, in eo diligenter elaborarit, ut unicum Codicem integrae Coenae Trimalchionis cum omnibus vitiis accuratissime exprimeret; cuius generis vix ulla alius scriptoris veteris exstat editio ante annum illum 1670, a quo statuendum arbitror criticae diplomaticae initium.

statui, ut accuratius post Sinnerum [1]) collato Codice Bernensi, Gallicano, nitidissimo Seculi X. (*A.*) cum Editione Bipontina et denuo consulto Cod. Traguriensi (*C.*) ad emendandum scriptorem aliquid saltem conferrem.

Caput 1. *in alium terrarum orbem]* Bipont. C. *in a'ium orbem terrarum* A. — *adolescentulos]* *adul.* A. — *ex iis]* C. *ex his* A. — *sed tyrannos]* *et tyrannos* AC. — *in pestilentiam]* Sic etiam A., sed C. *in pestilentia.*

C. 2. *qui in culina habitant]* C. *qui in coria habitant* A. (Alii Codd. *in curia.* Ex scriptura A. suspicari possis *in coriaria* (officina). Sed cum C. firmet v. *culina,* in hoc acquiescendum puto. — *primi omnium]* *primi omnem* A. Verum videtur C. *primitus omnium.* — *nondum iuvenes declamationibus continebantur]* Sic etiam AC., id est, intra angustum declamationum orbem veluti retinebantur, adeo ut in usum forensem progredi iis non liceret. Monui propter Iacobsii ceteroquin ingeniosam coniecturam: *declamatoribus committebantur.* — *atque Euripides]* * *aut Euripides* AC. — *Nondum umbraticus doctor ingenia deleverat, cum Pindarus novemque Lyrici Homericis versibus canere timuerunt]* Sic etiam AC. Memorabilem sive variam lectionem sive coniecturam adscripsit Anonymus exemplari Ed. Sambucianae in bibliotheca Turicensi asservato: *canore retinnierunt.* Is sine dubio hanc sententiam requirebat: „Homericis versibus (casu tertio) cantu suo melico veluti responderunt." — *Demosthenem]* C. *demosthenen* A. — *accessisse video. Grandis et, ut ita dicam]* *accessisse. et ideo grandis et velut ita d.* A. Item C., nisi quod: *et velut ut ita.* — *pudica oratio non est maculosa]* Sic etiam AC. Explico in meliorem partem „lucidis maculis distincta veluti exempli causa tigridis pellis." Iacobsius proposuit *macilenta.* — *ventosa isthaec et]* *ventosa et* AC. — *simulque corrupta]* *semelque corrupta* AC. — *Thucydidis]* *thucidides* A. — (*potuerunt]* Sic A. *potuere* C.)

C. 3. *porticu]* *portico* A. — *Minimum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere.]* Goldastus, haud agnoscens εἰρωνείαν, perperam pro * *Nimirum* Codicum, etiam AC., coniecit *Minimum.* — *ni dixerint]* * *nisi dixerint,* (ut volebat Puteanus:) A. (*qui dixerunt* C.) — Deficit Cod. A. in vv. *cum coenas divitum captant.* — *moratur]* * *morabitur* C., quod praestat.

C. 4. *digni sunt, qui]* * *digni, qui* C. — *studiosi iuvenes lectione severa mitigarentur]* * *irrigarentur* C. Falsam lect. *mitigarentur* repperi primum in Ed. Paris. 1577. — *sibi nihil esset]* Manifesto leg. * *Si sibi* cet.

C. 14. *Ipsi, qui Cynica traducunt tempora coena, Nonnunquam nummis vendere verba solent]* Codd., etiam C., *verba solent emere;* sed sententia requirit: * *iura solent emere.* Hoc volt: Dum in Cynica coena, id est, ut ait C. 43., *lingua canina,*

---

1) Catal. Codd. Mss. Bibl. Bernensis Vol. 1, p. 558.

maxima cum libertate vituperant tempora corrupta (exclamantes: „O tempora! o mores!") ipsi tamen interdum pecunia corrumpere iudices solent. V. *traducere* eodem significatu est C. 17.

C. 17. *attoniti spectavimus lacrimas ad ostentationem doloris paratas*] Reponendum ex C. * *attoniti exspectavimus* (scil. donec finitae essent) *lacrimas ad ostensionem d. p. Spectavimus* mera est Sambuci coni., et *ostensionem* h. l. longe aptius voc., quam *ostentationem*. — *tam periculoso inhorrui frigore, ut tertianae etiam impetum timerem*] Scribendum ex Cod. Autisiod. *timeam* (etiamnunc). (*timebam* C. et Cod. Sambuc.) — *ne scilicet iuvenili impulsi licentia, quod in sacello Priapi vidistis, volgetis deorumque consilia proferatis in populum.*] Leg. cum C. aliisque: * *ne scilicet iuvenili impulsu licentiam, quam in sacello Priapi vidistis, volgetis deique* (scil. Priapi) *concilia* (sic emendavit Heinsius:) *proferatis in populum.* — *tot annorum secreta, quae mystae vix omnes norunt*] Est una ex incredibilibus illis coniecturis, quas debemus Goldasti sollertiae, cum Codd. (etiam C.) habeant: * *quae mille vix homines norunt.*

C. 26. *commovebat valgiter labra*] * *commovebat obiter labra* C. et ceteri Codd. noti. Sed Burmannus *valgiter* intrusit ex Fulgentio Planciade p. 566. Merc. „Valgia sunt labellorum obtortiones in subatione peractae. Sic Petronius Arbiter: *Obtorto valgiter labello.*" Sed certe, si vel maxime tria haec verba olim legebantur apud Petronium, diversus fuit locus ab eo, quo de agitur. Verum falsarius iste vocabula, libros, scriptores pro lubitu confinxit, fuitque omnino perversae illius Grammaticorum semipaganorum sectae, qui quo imperitorum admirationem excitarent eosque ludificarentur seculo, ut arbitror, sexto vel septimo, incredibilia commenti sunt eruditionis monstra nominatim in scriptoribus, qui nunquam vixerunt, excogitandis. Huius generis autem praeter Fulgentium fuerunt Pseudovirgilius et Pseudoappuleius Maii, Scholiasta in Ovidii Ibin, Geographus Ravennas, qui frequenter Gothorum nescio quos philosophos ad partes vocat.

C. 30. *Interrogare ergo atriensem coepi, quas in medio picturas haberent. Iliada et Odysseam* (*odixeam* C.) *ac Laenatis gladiatorium munus. Non licebat multas iam considerare.*] Codd., etiam C. *multaciam considerare.* V. D. in marg. mei exemplaris: *F. multiciam.* Intelligebat, ut videtur: *τὰ πολύμιτα ἐκεῖνα*, varias illas picturas, inepte inter se permixtas.

C. 31. *G. Pompeio Trimalchioni VI. viro Augustali Cinnamus dispensator*] * *C. N. Pompeio Trimalchioni Seviro* C., quod explicandum erat *Caio nostro* (domino) *Pompeio* cet., ut mox est *G. noster foras coenat*, ubi C. corrupte: *cum noster f. c.* — *procubuit ante pedes*] * *procubuit ad pedes* C. — *dispensatorem in precario aureos numerantem*] Ingeniosa est Oriolii coniectura: *in prooecario* relata a Furlanetto in Forcell. in h. v. Ignoro, an eam firmarit loco Varronis RR. 1, 2. praef. *Nec*

putant se habere villam, si non multis vocabulis retinniant Graecis, cum vocent particulatim loca προκοιτῶνα, παλαίστραν cet.

C. 32. *Itaque potionem poposci; paratissimus puer non minus me acido cantico excepit.]* Cum nemo intelligere posset hanc comparationem *non minus acido cantico*, coniecturas certatim profuderunt nec tamen rem acu tetigerunt. Verum C. corruptela: *itaque potionem posti parati sumus puer* ad hoc veluti manu ducit: * *itaque potionem poscae poposci; — paratissimus* cet. Posca, aqua cum aceto mixta, utebantur pro ea, quae nunc nobis usitatior est, *aqua di limoni, Limonade.* Sic optime *non minus acidum canticum* dixit quam *poscam* illam.

C. 34. (Trimalch.) *Aequum, inquit, Mars amat:* (Encolp.) *itaque iussit suam cuique mensam assignari; obiter ait:* (Trimalch.) *paedidissimi servi minorem nobis aestum sublata frequentia facient]* Totus locus e C. ita constituendus: „*Aequum, inquit, Mars amat: (itaque iussit suam cuique mensam assignari:): obiter et paedidissimi servi minorem nobis aestum frequentia sua* (qua nunc adsunt) *facient.* Eodem prorsus modo C. 38. *obiter et* (simul etiam) *vernaculae quae sunt, meliusculae a Graeculis fient. — et accuratissime]* * *et curatissime* C.

C. 35. *super Capricornum locustam marinam]* Sic Tornaes. Reiske. Sed C. *super capricornum, in quo cornua erant, locustam m.*, ubi nihil delendum nisi praepositio *in*, orta e geminatione syllabae praecedentis. id est: „eo loco, ubi cornua erant." — *Nos ut tristiores ad tam viles accessimus cibos* (qui ad ludificandos convivas appositi erant:) *Suadeo, inquit Trimalchio, coenemus: hoc est ius coenae.]* Insulsus iocus coniecturae tantum debetur. *hoc est in cene* C., quod ducit ad aliam: *hoc est encaenia,* novus veluti actus totius coenae, eius instauratio, idem, quod C. 36. *methodium* (ut est in C., non *methodum* Bip.) vocat. Syrus utitur vocabulo apud Iudaeos Graece loquentes usitato, quod paullatim transiit in consuetudinem Latinam; neque abhorret ab eius Latinitate *hoc est encaenia*, pro *haec sunt encaenia.*

C. 37. *haec eupatria] haec lupatria* C. * *luparia* suspicatur Furlanettus.

C. 38. *omnia domi nascuntur: lana, cerae, piper] cerae* est ex Heinsii coni. nimis facili. C. enim *credrae.* Incidi in *cedria*, quae est pix nascens ex cedro. — *Scito autem, socio cum olla male fervet et, ubi semel res inclinata est, amici de medio.* (Encolpius.) *Et quam honestam negotiationem exercuit, quod illum sic vides?* (Conviva.) *Ecce, libitinarius fuit.]* Primo restituendum e C. *sociorum olla male fervet*, quod proverbium significat: „saepissime a sociis nostris, quibus fidem tribuebamus et quibuscum omnia communia habebamus, decipimur ac spoliamur." Deinde omnia sunt garruli convivae verba. *Et quam* est exclamatio, non interrogatio. Dein C. *quod illum sic vides exe libitinarius f.* Fortasse leg. et distinguendum: *Et quam*

honestam negotiationem exercuit! Quod illum sic vides exilem, libitinarius fuit; solebat sic coenare, quomodo rex (per quam luxuriam ad incitas redactus est).

C. 39. *Patrono] meo ossa bene quiescant! qui me hominem inter homines voluit esse. Nam mihi nihil novi potest afferri: sicut ille fericulus tamen habuit praxim.]* Sic edunt de Gronovii coniectura. C. autem *afferri: sicut ille fericulusta mel habuit pr.* Iam *fericulum* patronum vocare nihil attinebat, et tota sententia obscura manet. Quid? si scripsit: *sicut ille, sericulus tamen habui* (ego) *praxin. Fericulus* autem non minus ἅπαξ λεγόμενον, quam *sericulus*, vel si mavis *seriusculus*, *etwas spāte.* Sed talia propter naturam suam haud frequenter usurpari poterant, ut *acriculus* item ex coniectura, sed probabili, semel est apud Ciceronem Tuscul. 3, 17. Quod ad *habui* pro *habuit* attinet, similiter C. 58. *coniecí* corruptum est in *coniecit.*

C. 42. *Heu! utres inflati ambulamus]* Hic quoque, ut saepius, Critici parum religiosi oblitterarunt sermonem plebeium. Videlicet C.: *Hei est hei! utres* cet. Similiter rusticanus aliquis dicere posset *Ach ist ach! Guai sono guai!* id est, iure querimur de brevitate vitae humanae. — *Maligne illum ploravit uxor. Quid? si non illam optime accepisset? sed mulier, quae mulier, milvinum genus: nemini nihil boni facere oportet, aeque est enim ac si in puteum coniicias: et antiquus amor carcer est.]* C. habet *sed antiquus amor cancer est*, quod non intelligentes scripserunt *et -- carcer.* Significat autem amor antiquus, ut cancer, per sua vestigia semper redit ad mulierem amatam, etsi interdum dissidia inter coniuges nascuntur.

C. 43. *ab asse crevit]* Memini me aliquando satis rustice reprehensum esse a Viro docto, quod stupori librariorum nescio quod monstrum lectionis tribueram. Quid dicat iste monachorum patronus de scriptura Codicis C.: *abbas secrevit* C. 55. *quia sinum non potest, stratum caedit* pro *qui asinum.* C. 58. *Sathana* pro *Athana. vol pisuda* pro *volpis uda* cet. et innumerabilia talia? — *Noveram hominem olim molliorem, et adhuc salax erat.]* * *noveram hominem olim oliorum* cet. C. Sanum hoc puto, nec ulla placere potest VV. DD. coniectura *olim mulierarium, molitorem, molliorem*; sed rursus agnosco sermonem plebeium. Etenim quasi *olim* nomen esset declinabile, ei commodat garrulus genitivum neutr. plur. *Olim oliorum* est ante permultum tempus, per multos annos. Compares Francogallorum *à la fin des fins.* Simili constructione C. 37. *nummorum nummos.*

C. 44. *Quid autem Glycon putabat Hermogenis filiam unquam bonum exitum facturam?]* Cod. C. * *filicem*, et quidem optime, ex sermone scilicet plebeio. Nos diceremus: *das Unkraut des Hermogenes*, (*die missrathene Tochter.*) Simili tropo conviva iratus Ascylton *bellum pomum* vocat C. 57. Nostrates: *ein sauberer Vogel!* idem Gitona *cepam*, convicio etiamnunc apud Italos usitato *cipolla*, et mox eundem increpat: *mus, immo terrae tuber.*

C. 45. (Inter multos gladiatores, ut ait, sestertiarios) *unus alicuius staturae fuit Thraex, qui et ipse ad dictata pugnavit]* C. * *flaturae*, quod mutandum non erat; loquitur veluti de statua aliqua, *von einem schönen Gusse.*

C. 46. *Scimus te prae litteris fatuum esse]* C. * *prae litteras*, constructione plebeia, ut C. 39. *prae mālā sua.* — *Omnia hoc anno tempestas dipare palavit]* (*pallavit* C.) Fortasse *tempestas dispalavit.* — *Emi ergo nunc puero aliquot libra rubricata, quia volo illum ad domus usionem aliquid de iure gustare.]* C. *domus ionem*, quod videtur in hoc sermone plebeio coniunctim scribendum: *domusionem*, ut vetus illud: *domuitionem parant.*

C. 50. *Sic Corinthia nata sunt, ex omnibus unum, nec hoc nec illud]* C. * *in unum.* Delevit *in* Antonius ex auctoritate, ut ait, Isidori Origg. 16. 20. p. 513. Lindem.; sed ibi quoque est *in unum.*

C. 58. *Bene nos habemus: haud isti geugae, qui tibi non imperant.]* *haud* est ex Heinsii coni., cum C. habeat *Aut.* Recte; dummodo per interrogationes efferatur. *Bene nos habemus? Aut isti geugae, qui tibi non imperant?* Eodem modo distinguendum in seqq. *Nec tibi par ero, licet me hercules Iovem Olympium clames? Curabo* pro *clames: curabo*, qua in ratione Reinesius proposuit *nec tibi parsero.* — *Sum natura caldus: cicereius, cum coepi, matrem meam dupondii non facio]* C. *cicer eius cum cepi.* Videtur legendum: *cicer et ius (Kraftbrühe) cum cepi (zu mir genommen habe).*

C. 62. *Gladium tamen strinxi et, mota vi tota, umbras cecidi]* C. *et matavita tau.* Videtur ita distinguendum: *et mata! vita! tau!* ut sit *ὀνοματοποιΐα* plebeia caedentis. *mata!* (*matar* Hispanorum) caede; *vita*, evita ictum, si potes; syllaba *tau* rursus ictum refert. *Hau zu! Parirt! Taff!*

C. 68. (Habinnas) *Et numquid didicit?* (Encolp.) *Sed ego ad circulatores eum mittendo* — (Habinnas) *Erudiebatur; itaque parem non habet]* Bona videtur coniectura Antonii *erudiebatur* pro C. *audiebatur*, sed prava distinctio. Immo omnia Habinnae tribuenda: *Et numquid didicit?* (Minime a praeceptoribus institutus est.) *Sed ego ad circulatores eum mittendo* (ex plebeia grammatica pro: „sed cum ego eum ad cirulatores mitterem), *erudiebatur.*

C. 71. (In monumento meo, inquit Trimalchio) *faciatur, si tibi videtur, et triclinia]* Videtur leg. *trichila*, pergula, quales aliquoties in Inscriptt. sepulchralibus memorantur.

C. 73. *Nos -- in solio, quod Trimalchioni parabatur, descendimus.]* Malim *desedimus.* In Encolpii enim ore nimis illud plebeium.

C. 75. Servus adolescentulus frugi ita laudatur: *decem partes dicit; librum ab oculo legit; pretium sibi de diariis fecit.]* Sic quidem de Heinsii coniectura edunt

atque interpretantur: „pretium manumissionis": quo sane apud Trimalchionem singulis fere horis ex mancipiorum grege unum alterumve manumittente, et qui destinasset omnes servos in testamento suo manumittere, opus non erat. Sed C. *thretium*, in quo latere arbitror *thoracium*, quo voc. usus est Ampelius. Scilicet, clam ex diariorum residuis parvum thoracem sibi paraverat, ut aliquando eo indutus, improviso in domini conspectum prodiens, eum delectaret eiusque gratiam captaret. Propius etiam accederet *thraecium*, armaturam vestitumque Thraecis gladiatoris: sed nusquam hoc voc. reperitur.

C. 77. *Aedificavi hanc domum; ut scitis, casula erat; nunc templum est.*] Sic cum Heinsio Antonius. Sed C. *cusuc* (non *casuc*). Cum suspicarer Trimalchionem, hominem Syrum, hic patrii sermonis vocabulum usurpasse, interrogavi Virum doctum, Syriacae linguae probe gnarum, qui comparavit voc. *ch'schuk*, tenebrae; adeo ut sit: „ut scitis, angulus erat tenebricosus, latibulum obscurum."

C. 78. *Unus praecipue servus libitinarii illius, qui inter hos honestissimus erat, tam valde intonuit, ut totam concitaret viciniam.*] C. *libertinarii illius qui.* Et aderat quidem coenae libitinarius aliquis (Cap. 38.). Sed hic manifesto de Trimalchionis servo loquitur. Malim igitur: *servus libitinarius, qui* cet.

C. 81. *Menelaus antescholanus*] C. *M. aut scolanius. Antescolarios Virginum* habes in Inscriptt. meis Lat. N. 1175, quocirca hoc quoque loco melius scribas: *Menelaus antescholarius.* — *Quid ille alter, o dii! qui, tamquam togam virilem, stolam sumpsit?*] Sic editur e coni. partim Lipsii, partim Nodotii. Sed Cod. Tornaes., cuius, cum haec absint a C., h. l. maxima est auctoritas: *quid ille altero die qui tamquam togae virilis stolam sumpsit:* quae sic distinguenda atque explicanda reor: *quid ille, altero die qui tamquam* (die) *togae virilis* (pro hac) *stolam sumpsit?*

C. 82. *Nec bibit inter aquas nec poma patentia carpit Tantalus infelix, quem sua vota premunt. Divitis haec magni facies erit, omnia late Qui tenet et sicco concoquit ore famem.*] Nescio cur hanc Fulgentii lectionem praetulerint auctoritati Cod. Tornaes., ubi longe melius sic legitur hoc epigramma: *Non bibit inter aquas, poma aut pendentia carpit — — omnia cernens Qui timet et* cet., id est, qui omnia, quae cernit, etiam umbram suam, ut aiebant, timet. Cfr. de h. l. etiam Chrestomathiam Petronio-Burmannianam p. 101.

C. 83. *Hinc aquila ferebat caelo sublimis deum*] *sublimis Catamitum* Bongarsii suspicio adscripta Ed. 1577. exemplari Bernensi. Ac revera voc *Catamitum* fere ubique corruptum. Fieri tamen potuit, ut post *deum* gen. plur. exciderit *pincernam, pocillatorem.* — *Iuppiter in caelo suo non invenit quod eligeret*] Bongarsius: *quod diligeret.* — *eum ex hac nota litteratorum esse, quos odisse divites solent*] Auctoritate Codd. Leid. Tornaes. dele praepos. *ex*, a Scioppio intrusam.

C. 88. *ut ad plastas convertar*] Sic Codd. Antisiod. Colbert. Torn. *revertar* Codd. Sambuc. C. Fortasse *praevertar;* quod verbum ubique fere corruptum est in *reverti*, *converti*.

C. 96. *Ego autem alternos opponebam forramini oculos iniuriaeque Eumolpi advocationem commodabam et veluti quodam cibo me replebam, cum procurator insulae* cet.] Sic edunt de Wouwerii coniectura et ex arbitrario Tornaesii supplemento, cum ex fide Codd. C. Britann. Sambuc. Ed. Venetae anni 1499 haec vera sit lectio: *Ego - - oculos; iniuriam Eumolpi advocationemque commendabam, cum procurator insulae* cet. Scil. vv. *et veluti quodam cibo me replebam* a Tornaesio supplementi tantum causa proposita, recepta primum in Ed. 1577. et per posteriores omnes propagata absunt a Codd. et Edd. ante Parisiensem illam.

C. 97. *sicut olim Ulixes utero arietis adhaesisset*] Sic edunt cum Heinsio, qui oblitus erat uterum arietes non habere. Verum Codd. rectissime: *pro ariete;* breviter est dictum pro: „arieti ita adhaesisset, ut ipse pro parte eius habitus evaderet."

C. 98. *ipsos cimices*] Burmannus et Antonius sine auctoritate. Codd. Leid. et Torn. recte *scyniphes*, quod alii scribunt *cinifes*, (σκνῖπες).

C. 101. *quis nobis Hannibal navigat?*] Sic Ed. 1577. et sequentes omnes. Quod cum vitiosum esse videret Ruhnkenius ad Vellei. Paterc. 2, 18. coniecit: *quis novus Hannibal navigat?* Verum optime Tornaesiana: *quis nobiscum Hannibal navigat?* sicque illa Editione non consulta proposuit Wouweren.

C. 102. *nunc per puppim, per ipsa gubernacula delabendum est, a quorum regione funis descendit, qui scaphae custodiam tenet*] Sic Margo Tornaes. e meris coniecturis constans, ubi non diserte additum est *Vetus Codex:* Burmannus, Antonius. Verum Ed. Tornaes. et Paris.: *qui scaphae gubernacula tenet.* Apparet ergo Tornaesium offensum nimis vicina repetitione voc. *gubernacula* altero loco e coniectura prorsus arbitraria proposuisse *custodiam.* — *Nullum recuso periculum, quod salutis spem ostendit.*] Sic Ed. 1577. Burm. Ant. Rectius Tornaes. *ostendat.* — *tamquam hic solus color figuram possit pervertere, et non multa una oporteat consentiant, ut omni ratione mendacium constet*] De Crusii coni. Antonius; cum Heinsio Burmannus *et non una ratione.* Codd. autem et Tornaes. *et non natione,* pro quo sufficere videtur Bongarsii simplicissima coniectura Ms. *et non ratione.* Duo sunt membra: „ut tale quid veri simile fiat, et multa una oportet consentiant, et mendacium tunc dumtaxat sibi constat, si rationem habet."

C. 107. *Me, utpote hominem non ignotum, elegerunt ad hoc officium*] adde *legatum,* ut habet Cod. Leid. et Tornaesiana, voc. omissum in Ed. 1577 et seqq.

C. 110. Ab hoc demum capite rursus incipiunt fragmenta Bernensia. — *sciteque*] *scytaeque* A. — *lineamenta*] *liniamenta* A. — Omittit A. vv. *Ego, etiamsi — corymbion*

erat, quae primus inseruit Tornaesius, et in quibus pro Burmanni *flaucorum corymbion*, monstro orto e scriptura *flau'* et geminatione seqq. syll. *corym*, et Reiskii Antoniique *flavicomum corymbium* e Glossario antiquo et margine Tornaes. restituendum *flavum corymbion*. — *Eumolpus*] *Eumolpos* A.

C. 111. *ad sui spectaculum*] Lege cum A. C. Torn. Sarisb. * *ad spectaculum sui*. — *funus sparsis prosequi crinibus*] Sic etiam C., sed melius A. * *passis*. — *magistratus ultimo repulsi abierunt*] Firmant hanc lect. A. C., pro qua nonnulli malebant *ad ultimum*. — *lacrimas commodabat*] *l. commendabat* A. C. mendose. — *et quoties*] *et quotiensque* (non: *et quotienscunque*) A. — Lectio C. *solum videlicet aff.* haud displicet pro: *et solum illud aff.* A. et Antonii. — *ne quis ad sepulturam corpora detraheret*] *corpus* A. Omittit utrumque supplementum C. et facile potest cogitatione suppleri e v. *latrones*. — *et nihil*] * *ac nihil* A. C. — *omnibus eundem esse exitum, sed et idem domicilium*] *eandem* (superscr. *u*) *esse sed eidem* om. v. *exitum* A. Recte C.: *omnibus eundem esse exitum et idem domicilium*. — *Nec recessit*] * *Non recessit* A. C. — *sed eadem exhortatione*] *sed eandem exhortatione* (sic) A. — *credis curare sepultos*] *credis sentire sepultos* A. *credis sentire* om. v. *sepultos* C. — *reviviscere*] C. *revivescere* A. — *vis tu discusso*] C. *vis discusso* A. — *commonere*] C. *ammonere* A. — *se replevit*] C. *replevit se* A.

C. 112. *quid tentare plerumque soleat*] * *quid plerumque soleat temptare* A. C. — *vivere vellet*] * *vellet vivere* A. C. — *iisdem*] *isdem* A. — *ut si quis*] C. *ut quisque* A. — *monumentum*] *monimentum* A. — *cruciarii unius*] C. *unius crucaria* (sic) A. — *commodaret modo illa perituro locum et*] *commodaret. Modo perituram* (superscr. *u*) *locum et* A. *commodaret ergo illa perituro locum* C. — *nec istud, inquit, dii sinant*] *nec istud desinant* A. * Om. *inquit* etiam C. — *iubet corpus mariti sui tolli ex arca*] * *iubet ex arca* (*area* A.) *corpus mariti sui tolli* A. C. — Habet A.: *atque illi*. C.: *et illi*.

C. 113. *vultum*] C. *vultumque* A. — *posuit*] C. *ponente* A. — *cubile*] * *hedile* A. *edile* C. Cum haec ad deperditam fabulae partem referantur, vix dubito de ridiculo aliquo casu in *haedili* non in *cubili* alicubi a scriptore narrato. — *quae praeoccuparat*] (C.) *quae occupaverat* A. — *modo concinnabat*] * *interdum concinnabat* A. C. *modo* ab iis est, qui exaequare hoc membrum volebant priori: *modo implebat osculis pectus*. — Deficiunt Codd. A. C. in vv. *crinibus vultum* usque ad Cap. 118.

C. 118. *Eumolpus*] *Eumolpius* A. — *vibrantibus sententiolis*] C. *sentiolis* (sic) *vibrantibus* A. — *vanitatem*] *sanitatem* A. C. — *concipere*] *conspici* A. C. — *nisi ingenti flumine litterarum inundata*] *nisi ingenti fulmine* (sic) *litterarum inundanter* (sic) A. *nisi ingenti flumine litterarum mundetur* C. Verum videtur *inundetur*. — *orationis*] *rationis* A. C. — *versu* Ant. *visam* Burm.] *versum* A. C.

In Poëmate de bello civili numeravimus versus Codicemque A. contulimus ad Wernsdorfii editionem. v. 3. *pressa*] C. *pulsa* A. — 8. *trita*] *treita* A. — 9. *Assyria concham laudabat miles in unda; Quaesitus tellure nitor certaverat ostro*] *Aesepyro cum laudabat* A. *Aes pireum cum laudabat* C. reliqua ut W. Ex omnibus Codd. vestigiis, quibus substituta est arbitraria interpolatio, lego partim cum Heinsio partim cum Dousa: *Aes Ephyreiacum laudabat miles; in Inda Quaesitus tellure nitor* cet. — 11. *Hinc Numidae crustas, illinc*] *Hinc Numidae accusatius illinc* A. *Hinc Numide accusatus illinc* C. — 14. *silvis Mauri*] *silvis auro* A. *silvis a reo* C. Vera videtur lectio Cod. A. *Auro quaeritur fera*, id est, quovis pretio emitur. *Mauri* non est nisi Wernsdorfii coniectura. — Ibid. *Ammon*] *hammo* A. *hamo* C. — 15. *bellua*] *belua* A. C. — 16. *Ad mortes pretiosa suas. premit advena classes Tigris*] Est ex Scaligeri coni. Libri, etiam A. C., *Ad mortes pretiosa fames premit advena classes Tigris:* quod emendandum reor: *Ad mortes pretiosa; fame premit advena classes Tigris;* propter tigrides Romam advectas carneque large pascendas fame premuntur ipsi classiarii et remiges. — 21. *exsectaque*] *exactaque* A. C. — 22. *mobilis aevi*] *nobilis aevo* A. C. — 27. *Ecce Afris eruta terris Citrea mensa, greges servorum, ostrumque renidens, Ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum* cet.] Sic quidem C. Sed A. rectum ordinem habet, ut Cod. Scaligeri: *Ecce Afris eruta terris Ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum Citrea mensa; greges servorum ostrumque renidens, Quae turbant censum, hostile ac male utile lignum, Turba sepulta mero circumvenit.* Vera explicatio haec est: „Citreae mensae longe ex Africa petuntur, quae maculis vero pretio carentibus aurum imitantur et propterea magni fiunt a divitibus. Has mensas greges servorum (quae servorum multitudo una cum dominorum vestitu luxurioso opes etiam divitum in dies minuit) convivaeque ipsi purpura vestiti ebrii, ut esse solent, circumdant." Verum cum v. 30 Cod. A. praebeat *hosterile*, Cod. C. *hostiale*, totum locum sic scribendum esse arbitror:

Ecce, Afris eruta terris
Ponitur ac maculis imitatur vilibus aurum
Citrea mensa. Greges servorum ostrumque renidens
Quae turbant censum — o sterile ac male nobile lignum!
Turba sepulta mero circumvenit. — *Hostile lignum,* quae coniectura VV. DD. est, vix Petronii temporibus dici poterat citreum lignum, etsi interpretati esse videntur de temporibus Karthaginiensibus ac Iugurthinis. — 32. *exstruit*] C. *esurit* A. — 34. *virus*] C. *viros* A. antiquiore scriptura. — *inque Lucrinis*] * *atque Lucrinis* A. C. — 35. Habent *rendunt* A. C., non *condunt*. — 36. *renovent*] *renovovent* A. — 45. *victus*] *victus* superscr. *n*, ut sit *vinctus* A. — 46. *fascesque*] *facesque* A. — 47. *dedecus est populi*] *dedecoris populo* A. C. id est, *dedecorist* (*dedecori est*) *po-*

pulo, ut recte Antonius. — 51. *deprensam] deprehensam* A. — Habent *praedam* A. C. non *pridem.* — 52. *ingluvies] inluvies* A. C. – *exederat] exaederat* A. — 55. *Intra] Infra* A. — *errat] errant* A. — 57. *tuta] tua* A. — 58. *Hoc mersam coeno]* * *Haec mersant coeno* A. (C.), ut Antonius. — 60. *excita] excisa* A. — 62. *feralis Enyo] ferali senio* A. *feralis Erinis* C. — 65. *tot tellus]* C. *tellus tot* A. — 66. *honores] honore* A. — 67. *exciso] exceiso* A., ut supra *treita,* eademque scriptura dominatur in antiquissimo Cod. Vaticano Pseudosalustii Epistolarum ad Caesarem. — *Cocyta] Cocytia* A. C. — 69. *Qui furit] Qui iurit* A. (*qui virit* legit Sinner.) — 72. *ager] aer* A. — 73. *loquuntur]* Sic A. C., non *locantur.* — 82. *Ecquid] Ecquod* A. — 83. *attollere] extollere* A. C., ut Antonius. *Attollere* Wernsdorfii videtur error operarum. — 92. *varius] [illegible]* A. C. — *sperare iubentur] sperare fatentur* A. C.; non tam mala lectio, qu[illegible] est Antonius: „Ipsi manes iam libere fatentur se caelum sperare." — 94. *[illegible]] nutrita* A. — 103. *cui Cocyti] cocyti cui* A. — 105. *Vota tibi]* Sic etiam A., non *Vota mihi* C. Antonius. — Ibid. *cedent]* Sic etiam A., non *cedunt.* — 106. *leviorve] leviorque* A. C. — 108. *destruet]* Sic etiam A. C., non *destruat* Ant. — 109. *est mihi]* * *et mihi* A. C. — 110. *Quippe cremare viros]* Sic A. C. Antonius de Gronovii coni.: *Quippe armare viros.* — Ibid. *luxum] luxu* A. — 111. *stratos]* Sic A., non *strictos* C. Ant. — 114. *cerno et tua] cerno tuo* A. *cerno tua* C. Ibid. *claustra]* Sic A., non *castra* C. Ant. — 115. *Apollinis] apollonis* A. — 117. *arcesse] accerse* A. C. — 118. *cymba] cumba* A. — 119. *tumque]* * *tuque* A. C. Ant. — 125. *palluit] polluit* A. C. — 127. *ore]* C. *ora* A. — 128. *Titan] titubans* A. C. Ibid. *vultus]* C. *vultum* A. — 129. *spirare]* Sic etiam A. C., non *sperare,* Antonii coni. — 132. *lapsis] lassis* A. C. — 134. *Martem]* Sic A., non *mortem* C. Ant. — 135. *Sideribus transmissa ciet; iamque Aetna voratur] Sideribus tremifacta* (sic) *ciat iamque aeterna v.* A. *Sideribus trinis acta ciet* cet. C. — 136. *fulmina] flumina* A. — 139. *incendia] incedia* A. — 140. *recens]* Sic A. C., non *ruens,* nec *rubens* Ant. — 141. *exuit] exsuit* A. — 144. *aereis] aeriis.* A. Ibid. *Graio nomine pulso]* C. *gravis numine pulsae* A., ut Ant. — 148. *adulti] adusti* A. C. — 149. *Mansuescit radiis]* Sic A. non *mansuescunt radiis* C., nec *mansuescunt radii* Burm. — 150. *glacies concreta riget] glacie concreta riget* A. firmans saltem Wernsdorfii coni. *riget* pro *rigens* C. Ant. — 151. *Totum ferre] Totum terrae* A. — *Optavitque] Oravitque* A. C. — 156. *tu] eu* A. — 158. *arcessere] accersere* A. — 160. *sanguine tingo] s. vinco* A. C. — 165. *bella volunt] bella vident* A. C. — 172. *tropaeis] tropheis* A. — 175. *tentate] temptate* A. — 178. *Omina] Omnia* A. — 181. *laetior]* Sic A. *latior* C. Ant. — 183. *ominibus] hominibus* A. — 184. *insolitus gressus prior occupat ausu] insolito gressu prior occupat haustus* A. — 190. *iusta]* * *iussa* A. C. — 191. *Stabant et vincta fluctus stupuere] Stabant vincta fluctus stupere* (sic) A. — 194. *passim]* * *pariter* A.

partem C. — 196. *flamine*] Sic A. C. non *flumine.* — 197. [*rupto*] *rupti* A. C. — 198. *Deerant*] *Derant* A. Ibid. *ac*] C. *aut* A. — 200. *unda*] *umbra* A. C. — 203. *nixus*] Sic A. C., non *nisus* Ant. — 210. *pinnis*] Sic A. *pennis* C. Ant. — 212. *Romanos*] C. *romano* A. C. — 213. *fluitare*] *fluvitare* A. — 217. *pe. dubias*] * *perque duas* A. C. Ant. — 219. *Et patria est pontus iam tutior. Est, magis arma*] * *Et patria pontus iam tutior. est m. a.* A. Priore *est* facile caremus. (*Et patria est pontus, et iam timor est magis arma* C.) — 220. *tentata*] C. *temptare* A. Ibid. *actus*] *uti* A. *icti* C. Verum est Cod. Sambuc. *acti*, quod, quia sequitur *quisque*, mutarunt in singularem numerum. — 226. *trepida*] C. *pavida* A. — 230. *onerisque*] Sic A. *oneris* C. Ant. — 231. *Id pro*] Sic A. C. non *Et pro* Ant. — Ibid. *metuit*] C. *timuit* A. — 235. *regimen*] *regumen* A. — *saevi quoque terror Hydaspis*] * *saevique repertor H.* A. C. — 241. *fracto gurgite*] C. *fracto in gurgite* A. — 242. *Bosporus*] *bosphoros* A. — 247. *furentes*] *furentis* A. — 250. *Pax - - Abscondit galea victum caput*] Sic etiam A. C. Sed ingeniosa est Iacobsii coni. *Abscondit palla v. c.* — Ibid. *relicto*] *relicti* A. — 266. *partes*] *partis* A. — 269. *Magnum*] *Magnaque* A. C. — 273. *lumina*] *flumina* A. — 274. *aerati*] *irati* A. C. — 276. *inter toto*] C. *intertorto* A. — 282. *erumpit*] Sic A. *effudit* C. *erupit* Ant. — 284. *lampadas*] C. *lampades* A. — 289. *ne supprime*] Sic A. *neu s.* C. Ant. — 293. *Romanas arces? Epidauri moenia*] *R. acies epidamni nomina* A. — *Thessaliaeque*] * *Thessalicosque* A. C. Ant. — Ibid. *tinge*] C. *tingue* A.

C. 124. *Cum haec Eumolpus ingenti bile effudisset*] Quid tandem in Poëmate a se ipso composito recitando „ingentem bilem" movere poterat Eumolpo? Manifesto veram lectionem praebent A. C.: * *ingenti volubilitate verborum effudisset.* — *Crotona*] *cratona* A. *Crathona* C. — *quod genus*] C. *quid genus* A. — Deficiunt in v. *indicarimus* Codd. A. C. Rursus incipiunt in Cap. 126. *Procedentibus.* — *longius iocis* (al. *logis*) *rogavi*] *longius rogavi* A. C. — *duceret dominam*] C. *produceret d.* A. Videtur tractum e seqq. *dominam producit.* — *applicat meo*] * *meo applicat* A. C. — *sese humeros*] *se humeros* A. C. — *apices*] *radices* A. C. — *scripturam*] *scripturarum* A. — *Praxiteles*] *praxatiles* A. — *proiectis*] *prolectis* A. — *Danae*] *damna* A. — *flammifero membra calore*] *flammivero* (sic) *m. colore* (sic) A., non C.

C. 127. *expertam*] *expartem* A. — *quaerere*] C. * *inquirere* A. — *tu tamen*] C. *tantum* A. — *cognoscere*] C. * *adgnoscere* A. — *pertentabat aëra*] C. *pertemptatum mulcebat aëra.* A. Scimus nunc, quod ignorabat Antonius, „meram coniecturam" non esse. — *auras*] *aures* A. C. — *miranti, toto mihi clarius caelo nescio quid*] *miranti et toto* (sic etiam C.) *caelo clarius n. q.* A. — *Circen me*] C. *me circem* A. — *dum placuit*] * *dum placet* A. C. — *mundi cursum*] Sic etiam A. C., non *currum.* — *habebo*] A. *habeo* C. — *Immo iam*] Sic A. C. non *i. etiam.* — *Sed inter haec nomina fax surgit*] * *Semper inter haec nomina magna fax surgit* A. *Sed inter h. n.*

magna f. s. C. Veram puto lectionem Cod. A., hoc significatu: „Semper ubi conveniunt inter se *Polyaenos* et *Circe*, ut apud Homerum (Odyss. 10. 335.) atque nunc inter nos, magna fax amoris inter eos surgit, fato quodam ad mutuum amorem excitantur.“ — *concepit*] *coepit* A. — *clamavit*] Sic A. C. Praestat *clinavit.* — Deficiunt in vv. *voluptatem robustam* A. C. Rursus incipiunt in vv. C. 128. *Nocte soporifera.* Deficiunt in vv. *imagine versat.* Pergunt in vv. C. 129. *Cubiculum autem.* — *intravit Chrysis*] *Chrysis intravit* A. C. — *Circe Polyaeno salutem*] Habet haec A., quae omittit C., uncis inclusit Antonius. — *sine nervis posse ire*] * *sine nervis homines ambulare posse.* A. Quae lectio olim interpolatio videbatur, magnam nunc nacta est auctoritatem. (*sine pedibus ire posse* C.) — *Vale, si potes*] * Habet haec vv. A., quae omittit C., uncis inclusit Antonius. — *me perlegisse*] C. *perlegisse me* A.

C. 130. *Habes, inquam, confitentem*] C. *Habes confitentem* A. — *Id tantum*] C. *Illud unum* A. — *quis haec*] C. * *quis hoc* A. — *antecessit*] A. *antecesserit* C. — *tamquam maior*] * *tamquam iam maior* A. C. — *quae abstulit*] C. *abstulit* A. — Deficiunt A. C. in vv. *emendare permiseris.* Rursus incipiunt in vv. C. 131. *Nobilis aestivas.* Invertit ordinem vv. 2 et 3. sic: *Et circumtonsae* — *Et bacis* A. — *baccis*] C. *bacis* A. — *versabat*] *vexabat* A. C. — *silvestris aëdon*] *silvesteris don* (sic) A. *silvester hiasdon* C. — *Et molles*] *Ac molles* A. C. — *rura*] *sura* A. — *colebant*] C. *colebat* A. — *myrtoque*] *myrtaque* A. — *paralytice ecquid hodie*] C. *paralytice quod hodie* A. — Deficiunt A. C. in v. *fruor.* Rursus incipiunt in vv. C. 132. *Quod solum.* — *confingere*] *contingere* A. C. — *simulavi*] A. *putavi* C. — *coliculi tepente*] *colicoli repente* A. C. — *nec nominare quidem*] * *ne n. q.* A. C. Deficiunt Codd. A. C. in vv. *ad inferos traheres.* Rursus incipiunt in vv. *Illa solo.* — *vultus*] C. *vultum* A. — *solent*] C. *solerent* A. — *Ulyxes*] * *Ulixes* A. C. — Deficiunt Codd. A. C. in vv. *litigat suo.* Rursus incipiunt in vv. *Quid me spectatis,* quem versiculum sic exhibet A.: *Quid me constricti* (sic) *spectatis fronte Catones.* — *Nam quis*] *Nam quia* A. — *Quid vetat*] *Quis petat* A. *Quis petit* C. — *Ipse pater veri doctus Epicurus in arte Iussit et hanc vitam dixit habere deos*] *Ipse - - arte Lusit et hoc vitam dixit habere telos* A. Egregia haec lectio Scaligero Goldastoque iam dudum probata, tamen a Burmanno atque Antonio neglecta est. Volgata ex eo orta est, quod cum *telos*, τέλος, non intelligerent scriptores librarii, mutarunt in *deos* C. Ceterum cum Verburgio (Chrestom. Petronio-Burm. p. 181.) probo Menagii coniecturam: *Ipse pater veri, doctis Epicurus in hortis.* — Omittunt A. C. vv. *Nihil est - - ineptius.*

C. 133. *conceptisque verbis*] C. * *conceptissimisque verbis* A. ut Cap. 113. Petronianam hanc formulam agnoscit etiam Glossarium antiquum. — *inclita*] *inclyta* A. — *Vestifluus*] *Semper flavius* A. *Septifluus* C. — *o Bacchi*] *et B.* A. C. — *Et timidas* cet.] *Et timidas non sanguine tristi admittere preces* A. — *rebus egenis Attritis*]

rebus egenis Attritus A. *v. egenus Attrictus* (sic) C. — *minor est*] *est minor* A. — *quandoque*] *quando* A., non C. — *pecoris*] *docoris* (sic) A. — *fetus*] *festus* A. C. — *lactens*] *lactans* A. — *sollertique cura*] C. *curaque sollerti* A. — *atraque*] C. *nigraque* A. — Deficiunt Codd. A. C. in vv. *cuncta timentem.* Rursus incipiunt in vv. C. 134. *Ac me.*

C. 134. *super lectum*] C. *supra lectum* A. — *masturbatorem*] *mascarpionem* A. *marscarpionem* C. — *pulvinar*] C. *pulvinum* A. — *sacerdos, et, Quid*] *sacerdos quid* A. C. — *inquit, o Oenothea*] *inquit oenothea* A. (C.) - - Omittunt A. C. vv. *Nunquam - - habet.* — Deficiunt A. C. in v. *surrexit.* Rursus incipiunt in vv. *Quidquid in orbe.* — *siccatis*] * *spissatis* A. C. — *succis*] *sucis* A. — *scopulis*] C. *scopulique* A. — *fluctus*] *fluctum* A. retinens tamen *inertes.* — *equos*] *quos* A. — *Ulyxis*] *Ulixis* A.

C. 135. *Ergo exclamat, o Oenothea*] *ergo exclamat oenothea* A. *ergo o yenothea exclamat.* C. — Turbant Cod. A. C. ita: *para te mos incincta quadrato pollio cucumam ingentem foco adposuit detersitque - - basiavit simulque - - reposita. Ut solvit.* — *perite*] *pariter* A. C. — Habent A. C. *muscarum imagines* A. C. — *mirabile*] C. * *mirabare* A. — *quaedam*] * *quasdam* A. C. — *calcato radiabat*] *radiabat calcato* A. — *acta*] *hastu* A. — *mollis stillae lacus*] *molli stillae latus* A. — *Vimineae*] *Ulminiae* A. — *Et paries*] C. *At p.* A. — *clavos numerabat agrestes*] *clavus munerabat agrestis* A. — *Praeterea quas fumoso*] *Praetereaq; fumoso* A. — *sorba*] *sorva* A. *servo* C. — *Et thymbrae*] *Etymbrae* A. — *Hecales*] *haecates* A. — *Battiades veteri mirandum*] *Bacchineas veteres mirando* A. C.

C. 136. *Tum illa*] C. *Dum illa* A. — *suo pondere*] *pondere suo* A. C. — *focum*] C. * *foculum* A. — *cucumae*] C. * *cucumulae* A. — *ignemque modo convalescentem* cet.] *ignemque convalescentem restinguit atque totam faciem* A. C. — Omittunt A. C. vv. *statimque - - cucurrit.* — *ostiolum*] *hostiolum* A. C. — *ecce tres anseres* cet.] *ecce anseres sacri impetum in me* A. C. — *calceamentorum resolvit*] C. *calciamentorum solvit* superscr. *re.* — *sanieque fluentes*] *poeneque fl.* A. — *regia caeli* cet.] Trunci h. l. sunt Codd. A. C. sic: *regia caeli. Cum protuli anserem, anus ut vidit.*

C. 137. *sacerdotio pellat* cet.] Trunci rursus h. l. Codd. A. C. sic: *sacerdotio pellat. Quisquis habet nummos.* — *naviget*] A. *navigat* C. — *temperet*] C. *temperat* A. — *paret, non paret, habeto*] *parret non parret habento* A. — *arca Iovem*] In his verbis desinunt Codd. A. C.

CAPUT II.

Postremus Petronii editor, Antonius, prorsus neglexit satiram illam contumeliosam, quae inscripta est: *Chrestomathia Petronio-Burmanniana cet. Florentiae* (Amstelodami) 1734. 8., quae attribuitur Isaaco Verburgio.[1]) Pauca tamen quaedam in ea reperiuntur, quae sane meliora sunt interpretationibus Burmannianis, ac propterea addito, ubi opus videbatur, nostro iudicio excerpere placet.

---

1) Nullas vel saltem perquam exiguas Ti. Hemsterhusii partes in hoc libello fuisse mihi persuasum est: nam ille quidem etiam si vires suas consulto extenuasset, tamen doctrinae copia, ingenii subtilitate longe aliter obruisset inimicum. Immo tota ista opinio obscura aliqua fama de simultate, quae fuerit inter Hemsterhusium et Burmannum, niti videtur. Cfr. Saxii Onomasticon. Vol. 5. p. 474. Incredibilis ἀβλεψίας documenta quomodo dederit Burmannus, monstrat eius insectator p. 15. „*Tricliniarches lucernis occidentibus oleum infuderat*] Verba ista explicans excellentissimus commentator, inter alia ita habet: „De superstitiosa autem cura, ne extinguerentur lucernae, capienda illa Ovidii Epist. 19, 151. *Ecce merum nutrix faustos instillat in ignes.*" Arrigite aures, paedagogi, ne Burmannus dicat forte vos nihil posse arrigere. An locum Ovidii prolatum intelligere unquam licuisset vobis, nisi magnus heros merum in ignes instillavisset? Capiendus est locus de superstitiosa cura, ne extinguerentur lucernae. Id mementote. Scio vos putavisse, antequam ego hoc vobis indicaram, Ovidii locum pertinere ad omina. Lucerna Herus sternuit (dicitis) et visa est ita dedisse prospera signa, quae Leandri adventum portendebant: propterea nutrix paululum vini adspergit lucernae, ut flamma saepius sternueret, et ita omina prospera aliquoties repeteret vino adsperso, ut solet, e veterum superstitione de sternutationibus. At, o boni, poeniteat vos foedissimi erroris. Verba ista sunt capienda de superstitiosa cura, ne extinguerentur lucernae. An non satis est, quod ab homine uno post homines natos (*doctissimo* videtur excidisse:) id docemini? Vinum dicitis aptius lucernae extinguendae quam lumini conservando, quod vos oleo fieri melius contenditis et ideo adhuc manus victas dare recusatis. Capite igitur *merum* in loco Ovidii pro oleo, ut plane in eo videatis, quod eximius interpres vidit." — P. 17. „Pag. 93. erudite adnotat vir summus, horologium fuisse in foro Romano sive solarium, qualia tunc nondum repertis horologiis, quae rotulis moventur, in usu erant. Necesse fuit, ut in aëre aperto haberentur, quoniam umbra solis indicabat horas. Multa igitur admiratione dignum est, quod docemur hoc loco Trimalchionem in triclinio privatim horologium sciatericum habuisse. Utinam praestantissimus commentatorum addidisset, qua ratione radii solis id per triclinii fenestras ferirent! nam illud ita dispositum fuit, ut toto die radii solis in privatum id Trimalchionis horologium inciderent. Quod si argutulus quis dicat clepsydram fuisse, illi opponimus Burmanni eruditionem, non de clepsydra, sed de horologio, quale in foro fuit, explicantis."

Petronii C. 35. *super Scorpionem, pisciculum marinum*] Suspicatur *pisciculum cammarinum*, partim cum N. Heinsio, qui voluerat: *isicium marinum* vel *cammarinum*.

C. 45. *Ferrum optimum daturus est, sine fuga, carnarium in medio ut amphitheatro videat, et habet, unde.*] „Loco huic quidam alienum plane sensum affingunt. Burmannus, ut solet, solus verum vidit. Videamus primo aliorum explicationem, quo clarius pateat, quid Echion centonarius voluerit, magnifice laudans munus gladiatorium, quod decurio quidam sive sevir municipii esset daturus. Illi putant verba prolata id significare: Titus noster est daturus gladiatores optimos et valentissimos, quibus non licebit fugere aut detrectare pugnam, quoniam victi occidentur, ut ille videat polyandrium sive coemiterium in medio amphitheatro; et habet, unde tanto sumptui sufficiat, quantus est faciendus in comparandis gladiatoribus, qui ea lege atque conditione in arenam descendere non recusant. *Carnarium* sane aiunt significare locum, ubi ossa mortuorum ponuntur, idque tum e voce Gallica *charnier* idem significante, tum e variis scriptorum locis, quae collegit Du Cange in Glossario, demonstrari posse putant. Nesciunt isti homines, puto, *carnarium* dici locum, quo carnes sive siccae sive fumo induratae in usum reponuntur, ut patet ex Plauto, cuius locum observationi suae adscripsit eximius Burmannus. Audite nunc τὸν πάνυ in eadem Echionis verba ita commentantem: „Non mutarem hic aliquid, sed caperem de machina, quae erecta in media arena speciem carnarii praebebat, quale noster refert infra Cap. 95. et 135. et 136. et a Plauto Curcul. II. Sc. 3, 45. et auctore Moreti v. 56. memoratur, in quo reposita erat visceratio vel carnes, quas die muneris sui plebi esset divisurus: ita enim moris fuisse, ut lauti muneratores spectaculis epulas, panem, vinum, crustula, mulsum et similia adiicerent, infiniti lapides testantur. Nova hac et inusitata scena municipalis hic noster Titus populum delectabat, qui lardum et omnis generis carnem ibi suspensam videbat." O virum dignum, cui Pallas sedem in orchestra det! Scilicet denuo ille hoc loco dicit, quod nemo ante se dixerat, et docet, quod nemini ante se in mentem venerat. Multi sunt, qui scripserunt et idoneis auctoritatibus ostenderunt muneri interdum viscerationem fuisse additam; qui autem docuerit lardum et omnis generis carnem in media arena suspensam fuisse ad delectationem populi, praeter unum Burmannum adhuc repertus est nemo cet." — Veram puto interpretationem voc. *carnarium*, quam proposuit Verburgius; sed ipse quoque negligentia peccavit, cum in lemmate exhiberet *amphitheatro* et postea construeret: „ut ille videat polyandrium in medio amphitheatro." Scilicet vera lectio haec est: *Ferrum optimum daturus est, sine fuga, carnarium in medio, ut amphitheatrum videat; et habet, unde:* recte iam explicata a Scheffero.

C. 48. *Nam Sibyllam quidem Cumis ego ipse oculis meis vidi in ampulla pendere*

et, *cum illi pueri dicerent, „Σιβύλλα, τί ϑέλεις; respondebat illa: Ἀποϑανεῖν ϑέλω.*] Recte deridet mirum Burmanni commentum, ab Antonio repetitum: „fabula forte fuit inter vulgum Sibyllam ibi servari in ampulla „„oleo plena,"" ne putresceret." Sed ipse non minus mire interpretatur *pendere in ampulla*, *„impendere ampullae*, ut anus bibaces solent." Homo fatuus, Trimalchio, fingit se Sibyllam senio prope consumptam vidisse asservatam in ampulla vitrea, sed vacua, non oleo repleta.

C. 61. *Si quid ab illa petii, nunquam mihi negatum fecit: assem, semissem habui, in illius sinum demandavi; nec unquam fefellitus sum.*] Haec et Burmannus et inimicus eius parum recte constituerunt; ille scilicet distinxit: *nunquam mihi negatum; fecit assem, semissem habui; in illius sinum demandavi* cet. „Si caupona (id est, copa) illa assem quaestu suo lucrata fuerat, se semissem habuisse et cum ea lucrum divisisse iactat. *Facere assem*, ut *facere rem* et similia. Neque tantum communem cum illa pecuniam habuisse, sed et arcana sua illi credidisse, dicit plebeia et insolenti locutione, *in illius sinum demandavi nec unquam fefellitus sum.*" Atque hanc rationem secutus est Antonius, nisi quod praeterea a Scheffero induci se passus est, ut ederet: *fefellit usum.* Scriptor autem Chrestomathiae explicat: „Si quid ab illa petii, id nunquam mihi negatum fuit. Si petebam assem aut semissem, illa dedit. In illius sinum si quando manum inserere volebam, demandavi (id est, poposci, rogavi); non repugnavit, nec unquam fefellit me." Verum plebeius ille sermo sic exponendus servata distinctione, quam primam posui: — *negatum fecit* pro *negavit.* Si assem vel semissem lucratus eram, in illius sinu, ubi servabat nummos cotidiano usui destinatos aut per diem ab adventoribus acceptos, deposui et illius fidei concredidi, nec unquam ab ea deceptus sum.

C. 74. *Fortunata, ut ex aequo ius firmum approbaret, maledicere Trimalchionem coepit*] *Ius firmum* recte exposuit Burmannus sequente Antonio: *ius certum;* nec probari potest Verburgii coniectura: *ius suum.* (Tribuitur quidem a Nizolio Ciceroni (Verr. Accusat. 5, 22, 58.) vv. *Quae colonia est in Italia tam firmo iure:* sed nunc quidem e Codd. auctoritate ibi legimus: *tam bono iure.*)

C. 78. *Credite mihi, assem habeas, assem valeas; habes, habeberis*] Recte haec interpretatus est N. Heinsius: „quantum habes, tanti habeberis;" ita ut reiicienda sit Verburgii suspicio: *habes, habebis:* „qui dives est, facile fit ditior, et habenti dabitur."

C. 91. *Quid dicis, peregrini amoris concessio?*] Primo intuitu placebit nonnullis Verburgii coniectura: *accessio*, additamentum, melior certe Burmanniana *confessio.* Sed obstant Glossae, quarum, cum satis antiquae sint, summa in Petronii κρίσει

est auctoritas. Recte exponunt: „Amasius, qui alienum secutus est eique se concessit." Hunc Petronii usum Lexicographi nondum receperunt.

C. 114. *Sed nec certos fluctus ventus impulerat*] Recte tractasse hunc locum videtur Chrestomathiae scriptor: „Variantibus in tempestate ventis, mare nunc huc impellitur, nunc illuc; nec ipsi fluctus tenent cursum certum. Ista nobis videbatur vera istius loci sententia et maxime conveniens sequentibus, ubi ventus varia dedisse littora, prout mutabatur, dicitur. Meliora tamen nos docuit doctor *ὁ πάνυ*, qui ad verba minime difficilia intellectu ita commentatur: „„Nihil mutarem (scil. Iungermannus proposuit: *certus.*) Ventus non impellit certos fluctus, id est, aequales et inter se similes, sed ut in tempestate fieri solet, qui modo ad caelum navem evehunt, modo ad fundum deprimunt. Aliquando remissa vi, ut videtur, procellae minores, deinde saevitia ventorum ingruente maiores fluctus mare volvit.""

Chrestom. p. 172. probanda videntur haec: „Scriptor incertus Consolationis ad Liviam fingit eam in morte Drusi querentem, quod filii tantum cadaver matri licuerit amplecti, neque id diu, cum cadaver ipsum rogo esset brevi comburendum. Versu 134. questus suos Livia profert hisce verbis:

Hic pietatis honos? Artus amplector inanes;
Et vocat hos ipsos flamma rogusque suus.

Ita exhibuerunt Bersmannus in postrema editione aliique ante eum: et ea videtur vera lectio, in qua nihil difficultatis inest nec tenebrarum. Postea errore, ut statuere licet, typographico, coepit edi *vorat*, quo loco ante legebatur *vocat.* Et sic sententia intricari et obscurari coepit, cui ut lucem fenerarentur Heinsius et Burmanns *suus* mutarunt in *sinus.* Nunc igitur legitur:

Hic pietatis honos? Artus amplector inanes,
Et vorat hos ipsos flamma rogusque sinus.

Eaque ratione e pentametro aperto et facili factus est versus obscurus."

Cap. 127. *tam dulcis sonus pertentabat aëra, ut putares inter auras canere Sirenum concordiam.*] „Varie haec legunt et explicant commentatores. Celeberrimus Burmannus dedit lectionem quam exhibemus, et *inter auras* explicat: „„Leni spirante aura, quae vice musicorum instrumentorum modulationem Sirenum adiuvat. Ita *inter somnum, inter noctem, inter coenam* et similia passim occurrunt. „„In quibus tamen omnibus exprimitur spatium temporis aut loci, ut Grammatici loquuntur, quod *inter auras* nullum est. Quare *intus aures*, quod Sambuci est et Codd., praeferremus, si per Burmannum liceret, qui dicit id obscurius sibi videri quam *inter aures.* Scilicet *intus aures* est, quod nos vernacule dicimus *within the ears*, sive in ipsis auribus. Totaque formula ita apte circumscribitur: *Ut viderere in ipsis auribus audire symphoniam Sirenum suavissimam* cet."

Chrestom. p. 198. „*Lectione veterum inundari* non est Ciceronis nec Burmanni Ciceronem imitantis; sed Burmanni Tertullianum sive imitantis sive ridentis. Quemadmodum enim Afer hic dixit *Viros spiritu divino inundatos,* sic Batavus ille *Homines lectione veterum inundatos.*" — Burmannus, intempestive quidem, imitatus est scriptorem ipsum, quem tractabat; nam Petronius C. 118. *Neque concipere aut edere partum mens potest, nisi ingenti flumine litterarum inundetur.*